

TABULA XVI.

- 18 *ω* In educatione caudæ, trium australior
 19 **A** Borealior.
 20 **b** Tertia Meridionalis.
 21 **c** In extremitate sinistra alæ duarum sequens.
 28 **d** In sinistro Ganymedis latere inferior.
 29 **e** Ad umbilicum.
 30 **f** In femine sinistro.
 31 **g** Ad imum pedem sinistrum, antecedens.
 32 **h** Sequens

Martem & Jovem sequuntur,

I. Æquator, **K.** Sagitta, **L.** Cauda Serpentis Æsculapij.

M. Humerus Serpentarij leodus.

Gentilium fabulæ, hunc Ganymedem ab Aquila raptum, & amanti Jovi traditum asserunt. Romani Antinoum Claudiopoli Bithyniæ ortum ponunt, admirandæ pulchritudinis puerum, ab Hadriano summè in delitiis habitum, ad cuius honorem, statuas erexit, numismata prociudit templa & Sacerdotes constituit, quod præter alios, ex parte noster creus testatur nummus.

ΟΣΤΙΑΙΟ ΣΜΑΡΚΕΛΛΟΣ ΟΙΕΡΕΥΣ ΤΟΥ ΑΝΤΙΝΟΥ.

Caput Antinoi.

ΤΟΙΣ ΑΧΑΙΟΙΣ ΑΝΕΘΗΚΕ.

Mercurius cum Pegaso.

Cæsari, & Assyriæ, VIII. Id. Jun. Aquila vesperi oritur. Plin. nat. hist. lib. 18 c. 27. Atticæ & finitimis regionibus III. Kal. Jan. vesperi occidere traditur. Idem c. 26. XVIII. Kal. Aug. Ægypto eadem occidit matutinò, Etesiarumque prodromi flatus incipiunt, quod Cæsar, X. Kal. sentire Italiam existimavit.

Aquila